

Q. 524, 49.

B. M. II

13

II f
25

X1860438

A & Ω.

AD

VIRI DOCTISSIMI
LEONIS ALLATII

De

SCRIPTIS SOCRATIS
DIALOGUM
EXERCITATIO,

Quam

AMPLISS. FACULT. PHILOS.
benigno indultu

In vicem Prioris

PRO LOCO

olim in ea rite obtinendo,

publice tuebitur

M. GOTTFRIDUS OLEARIUS,
LIPSIENSIS.

Postridie Kalendas Maji A. O. R. cIs Isc XCVI.

H. L. Q. C.

LIPSIÆ,

Typis CHRISTIANI GOEZE

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



LEONIS ALATI

SCRIPTIS SOCORATIS

DIALOGUM

EXERCITIO

AMPLISS. FACULT. PHISOS.

PRO LOCO

omn in carice habendo

M. GOTTFRIEDUS OLEARIUS


LIPSIENSIS

Profess. Naturae Phil. A. O. R. et de RENE

H. L. O. C.

Typis Christiani Gottf. ...





B. L.



Alamum chartæ admovere quod ego in præ-
sentiæ audeam, patrii mores tibi excusabunt,
quos rectius, imo & tutius, quam patrios cultus
cum quibusdam Philosophis me sequi, plane existi-
mo. Faciam interea, ut, si quid intertrimenti ex no-
stris tibi capere videare, ne nimium illud sit, decen-
te brevitate caveatur. Nam neque alias mihi aliquid commune est
cum illa Satyrici hæresi, secundum quem

Stulta est clementia, cum tot ubique

Vatibus occuras, peritura parcere chartæ.

Non facile interea mihi, fateor, fuit, aptam nœniis meis materiam se-
ligere, quæ & terminos a me ipso mihi præfixos amplitudine sua
non egrederetur, & obsoletis infacetiis nimis non displiceret, sed
quadam potius novitate sua impediret, ne infelix labor

— nigram cito raptus in culinam,

Cordyllas madida tegat papyro,

Vel thuris piperisque sit cucullus.

Ab hac ego pœna an foetui meo satis caverim non audeo dicere: id
vero facile, ubi ista displicuisse sensero, dicere possem, *me mihi &*
Musis cecinisse; nisi ipse ingenio ita essem comparatus, ut omnium
maxime quæ mea sunt averfatus, ne mihi quidem me cecinisse dicere
queam. Tantum itaque abest, ut ego, quo minus sententiam ali-
quis contra me ferat, intercedam, ut ipse potius ejus autor sim, peda-
neos etiam senatores eo æquius laturus, quod in meam sententiam
iri videam. Duo interea sunt, quæ male animo meo esse in hoc ne-
gotio non patiuntur: Unum quod uti alias nunquam, ita nunc quo-
que non nisi invitus peccaverim; alterum affectus in eum, de quo om-
nis ille mihi sermo erit instituendus.

καὶ γὰρ τὸ μνηστῆρα Σω- Phædo ap. Pla-
κράτης, καὶ αὐτὸν λέγοντα, καὶ ἄλλας ἀκρόντα, ἔμοιγε αἰεὶ πάντων tonem in Phæ-
don.



ἠδισοῦ. Capere igitur licebit utramque illam voluptatem, dum & ea, quæ a doctissimo Viro LEONE ALLATIO de Socrate, scriptorum ejus occasione prolata fuerunt, accipere, & ex nostro quoque penu, quæ istuc pertinere videbuntur, reddere animus est. Cum enim laudat. Vir CL., editis a se hujus seculi anno XXXVII Lutetiæ Parisiorum Socratis & Socraticorum epistolis, paradoxum de scriptis Socratis Dialogum adtexere animum induxerit, quo contra veterum fere omnium auctoritatem scripta ei quamplurima tribuere ausus fuit, istam præsentis dissertatione sententiam excutere constitui. Non quod me velitem triario, inveterata eruditionis fama conspicuo tironem in tenebris reptitantem opponere audeam, sed quod ita fere se scripto illo gessisse ALLATIUS mihi videatur, quemadmodum adultæ ætatis homines in pueros solent, quibus fabulas, & sententias quas ipsi falsas esse norunt, persuadere conantur, ut ingenii eorum & indolis hac ratione experimentum capiant. Licebit itaque mihi, ne ipso quidem ALLATIO invito, infantia vires in lepidis ejus figmentis experiri, ita tamen, ut quos præscribit digna homine ingenuo modestia, & debita manibus doctissimi Viri reverentia, limites, nunquam sum transgressurus.

§. I.

A Ge igitur ALLATIO collatis signis nunc invicem depugnabimus, ludibundus Tu, si ita placet; quasi res seria agatur, puerilem imitatus simplicitatem, ego. Pedem autem pedi conferemus, & ictui ictus respondeat, ut pateat scilicet, cui exhaustis viribus loco denique sit cedendum. Duo vero sunt, quæ sibi evincenda Vir doctiss. proponit; Primum: *an Socrates aliquid de suo Scripto consignavit?* alterum: *an, licet scripserit alia, scripserit etiam has, quas primus ipse in lucem protulit, epistolas?* De utroque distincte cum illo erit agendum, & quid roboris argumentis ejus insit, qua potest fieri dexteritate, dispiciendum.

p. 73.

§. II. Ita autem se gerit, ut castris nostris signa inferre, nostraque munimenta diruere primo statim impetu velle videatur. Argumenta enim, quibus tutam vel maxime esse putavimus nostram de Socratis scriptis sententiam, dissipare atque eludere conatur. Initium facit a Plutarchi auctoritate, qui in *Oratione de fortuna Alexandri* manifeste sententiæ nostræ favet, καὶ τοιγε, inquit, ἔδὲ Πυθαγό-

p. 329.

εγς

ρας ἔγραψεν ἔδεν, ἔδεν Σωκράτης, ἔδεν Ἀρκεσίλαος, ἔδεν Καρνεάδης,
 οἱ δοκιμώτατοι τῶν Φιλοσόφων, & paucis interpositis: ἀλλὰ καὶ ἁλο-
 λάζοντες τὸ γράφειν παρέσαν τοῖς σοφισταῖς. Quid ad hæc AL-
 LATIUS? Non magis verum est, inquit, Socratem nihil scripsisse,
 quam reliquos Socrati a Plutarcho in illo loco junctos. Existimat
 scilicet, si Pythagoram, Carneadem & Arcefilaum aliquid literis po-
 steritati consignasse, contra Plutarchi auctoritatem fuerit evictum, de
 Socrate quoque ejus suffragium non multum fore curandum. Osten-
 dere igitur conatur de Pythagora temere id prodidisse Plutarchum,
 utpote cui aperte contradicat Laertius, cujus quidem auctoritatem in
 seipsa spectatam Plutarcho opponere non audet, ast cum Heraclidæ
 & Heracliti, (sed quorum uterq; pariter ac Laertius, Plutarchi poly-
 mathiæ & in historia literaria peritiæ, haud invitus me iudice cedit,) ea
 hic nitatur testimoniis, pondus tamen aliquod obtinere existimat.
 Quasi vero Heraclitum in primis ignoraverit Plutarchus, quem du-
 bio procul vel decipi cum sui similibus, vel Pythagoræ tribuere, quæ
 Pythagorici e Pythagoræ traditionibus hausta, ejus forte nomine lite-
 ris ad posteritatem transmiserant, putavit. Quis enim vel hodie vel
 olim Epicteti nomine non citavit ἐγχειρίδιον ejus, quod tamen non
 ab ipso, sed ex ore ejus ab Arriano scriptum fuisse omnibus constat?
 Sed longe petita forte hæc videbuntur, cominus itaque erit pugnan-
 dum. Annon igitur Heraclidæ auctoritati Epigenem apud Clementem
 Alexandrinum licebit opponere, qui κέρκωπός εἶναι τῶν Πυθαγορείων
 λέγει τὸν ἱερὸν λόγον, quem inter alia scripta Pythagoræ Heraclides
 refert? quod etiam Suidas repetit loco inferius adducendo; aut quo-
 τundam τῶν διδασκαλείων ἐλλογίμων καὶ ἀξιοπίστων, apud Jamblichum,
 qui Telaugi istud scriptum tribuerunt? Exscribamus integrum Jam-
 blichii locum ex libro ejus de vita Pythagoræ, paulo licet prolixiore,
 ut scilicet ei pessime, ut reliqua fere omnia illius libri, corrupto, me-
 dicam manum simul admoveamus: ἔκ ἐτι δὴ ἔν, inquit, ἀμφίβολον
 γέγονε, τὸ τὰς ἀφορμὰς παρὰ Ὀρφέως λαβόντα Πυθαγόραν σω-
 τῆσαι τὸν περὶ Θεῶν λόγον, ὃν καὶ ἱερὸν διὰ τῆτο ἐπεγράψαμεν, ὡς ἂν ἐκ
 τῶν μυσικῶν ἀπευθυσμένον περὶ (lege ἀπευθυσμένον παρὰ) Ὀρ-
 φεῖ τόπος (forte τύπος) εἴτε ὄντως τῶν ἀνδρῶν, ὡς οἱ πλείστοι λέγουσι,
 σύγγραμμά ἐστι, εἴτε Τηλαύγης, ὡς ἔνιοι τῶν διδασκαλείων ἐλλογίμοι
 καὶ ἀξιοπίστοι διαβεβαίωται, ἐκ τῶν ὑπομνημάτων τῶν Δαμοῦ τῆς Συ-

p. 81.

Strom. I.

P. 333.

de vita Pythag.

P. 134.

A 3

γατρί



γατρὶ Διπολειφθέντων ὑπ' αὐτῆ Πυθαγόρα. Ἀδελφῆ δὲ (leg. Πυθα-
 γόρα, ἀδελφῆ δὲ) Τηλαύγης, ἅπερ μετὰ θανάτου ἰσορῶσι δοθῆναι
 Βιτάλη τῆ Δαμῶς θυγατρὶ, καὶ Τηλαύγει ἡλικία (lege ἐν ἡλικία)
 γενομένῳ, ἡμῶ μὲν Πυθαγόρα ἀνδρὶ δὲ τῆς Βιτάλης. κομιδῆ γὰρ νέῃ,
 ὑπὸ τὸν Πυθαγόρα (leg. Πυθαγόρα) θάνατον Διπολελειμμένος.
 ἦν περὶ θεῶν οἱ τῆ μητρὶ. Quæ postrema verba, ut reliqua ejus in hu-
 jus loci interpretatione taceamus παραγράμα, hic quoque suam
 prodens, ne quid gravius dicam, incogitantiam, ita vertit Arcerius:
*Admodum enim Adolescens sub Pythagora, mortem in spectaculo Cere-
 ris matris Deum effugerat, legendum esse suspicatus περὶ θεῶν τῆς*
δήμητρε. At quam male conveniens sit loco isti hæc emendatio,
 nemo non videbit, cui nostram examinare visum fuerit, ita enim au-
 dacter legendum & distinguendum esse suademus: κομιδῆ γὰρ νέῃ
 ὑπὸ τὸν Πυθαγόρα θάνατον, Διπολελειμμένος ἦν παρὰ Θεανοῖ τῆ
 μητρὶ. h. e. Juvenis enim admodum sub excessum Pythagoræ, apud
 matrem suam Theano relictus fuerat. Sed ut ad ἱερὸν λόγον, de quo
 sermonem instituere cœpimus, redeamus, fuerit alii, qui Arigno-
 τæ, quam filiam nonnulli alii μαθητρίαν Pythagoræ faciunt, eum
 tribuerent, ut ex Suida discimus, ut adeo nulla constans de autore
 hujus operis extet traditio. Sane absolute & sine auctoris nomi-
 ne a Veteribus id allegatum fuisse, tum ex Jamblichi & Clementis
 Alexandrini, tum Procli quoque ad Euclidem loco & aliis mihi colligere
 posse videor, quem cum Pythagoricæ disciplinæ mysteriis, ipsius
 Pythagoræ nomine evulgatis, refertissimum posterioris ævi homines
 viderent, autorem, vel ipsum Pythagoram esse crediderunt, vel ali-
 quem ex Pythagoricis, prout nimirum cujusque ingenium ferret. Mi-
 rum autem, doctis. Menagium Diodori Siculi quoque suffragio ἱερὸν
 λόγον Pythagoræ vindicare, audiamus ipsum, ut cō certius de mente
 ejus judicium feramus. φασὶ δὲ, inquit, Πυθαγόρα τὰ κατὰ τὸν
 ἱερὸν λόγον, καὶ τὰ κατὰ γιωμετρίαν θεωρήματα, καὶ τὰ περὶ τῆς ἀ-
 ριθμῆς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῶον ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰ-
 γυπτίων. Quid hæc, quæso, aliud sibi volunt, quam Pythagoram e-
 am doctrinam, quam ἱερὸν λόγον vocabant Pythagorici (namque ἱε-
 ρὸν λόγον eundem esse, quem τὸν περὶ θεῶν λόγον, ex Jamblicho di-
 scimus,) vel quam, si mavis, aliquis eorum libro hujus tituli comple-
 xus fuerat, [ipsum enim Pythagoram id fecisse ne fidiculis quidem ex
 Diodoro

in Ἀρεγγώτη.

II. cc.

I. 12012

1231.9

ad Laert. p.

350.

sub fin. L.L.

Diodoro extorqueas,] ab Ægyptiis didicisse, pariter ac Geometricas doctrinas, & illas, quæ ad numeros & animarum transmigrationem pertinent? Et num quæso pari jure ex illo loco colligi non posset, Geometrica theoremata, aliaque ad numeros spectantia eum scripsisse? quod tamen factum esse, nemo ex illo Diodori loco probare hactenus ausus fuit. Desinerem de *ιερω̄ λόγω* verba facere, nisi nova quædam causa exoriretur, quæ dubiam apud me reddit traditionis, de Pythagora autore illius operis, fidem. Si recte enim inter se Laertium & Jamblichum contendo, geminum opus sub hoc nomine profutisse ut existimem fere adducor. Metro namque adstrictum fuisse *ιερω̄ν λόγον*, quem Laertius allegat, ex initio ejus, quod nobis ipse Laertius conservavit, abunde patescit; at alia fuit illius ratio, qui Jamblichomemoratur, ut ex fragmento inde allegato liquidum evadit. Liceat illud quoque hic adducere, ut simul obiter hunc etiam locum emendemus. *Περὶ Θεῶν Πυθαγόρας* [sic lego pro *πυθαγόρας*] τῷ Μνησάρχῳ τῷ ἐξέμαθον ὀργιαθεὶς [Arceriana editio habet *ὀργιαθεὶς*] ἐν Λιβήθροις τοῖς Θρακίοις, *Αγλαοφάμῳ τελέτας* [sic pro *τελεύτατα*, quod editum est, legendum putarem] *μεταδόντῳ ὡς ἄρα Ὀρφεὺς ὁ καλλιόπας κτὶ τὸ Πάγλασον ὄρος ὑπὸ τῆς μητρὸς πινυθεὶς, ἔφατὰν ἀριθμῶ ἔσσαν αἰδίων εἶναι &c.*, reliqua adducere supersedemus, nec emendationum rationem reddimus, tum quod eas satis probaturas sese rerum intelligentibus existimemus, tum quod id præcipue hoc loco non agatur. Satis interea est inde evicisse, nihil metri habere *ιερω̄ν λόγον* a Jamblichomemoratum, quem ab eo quoque alium esse, qui Clementi Alex. & Suidæ locis inferius prolixius allegandis, memoratur, inde patet, quod ejus fragmentum e Jamblichomodo adductum satis ostendat, Orphei nomen eum præferre non potuisse. Uterque tamen *ιερω̄ς λόγῳ* Pythagoræ tribuitur; quid magis itaque verosimile, quam ambos a diversis Pythagoræis consignatos, posteris vero ac si ab ipso Pythagora profecti essent, impositum fuisse? Indeque forte conjiciat aliquis, non plane sibi contradicere supra allegatos scriptores, in prodendo *ιερω̄ς λόγῳ* parente, cum enim diversi fuerint hujus nominis libri, uni tamen Pythagoræ omnes adscripti, diversos etiam eorum autores statuere necessarium fuit. Jam quod ad opus *περὶ τῶ ὄλγῳ*, ut Heraclides illud vocavit, idem id esse cum eo opere, quod *Φυσικόν* appellatum, ex Heraclito nobis obtrudit Laertius

VIII. 7.

tius

ἰν πυθαγ.

I. c.

VIII. 8.

rius, videtur. Hoc autem ipse Laertius non ejus esse, sed Lysidis Ta-
rentini ait, si recte tamen eum accepit Suidas. Sed licet etiam alicui
circa illum Laertii locum contra Suidam cavillari placeat, cui tamen
ægre aliqua mens poterit affingi, quæ non id saltem nobis relinquat,
circumlata nonnulla Pythagoræ nomine fuisse, quæ Lysidi debeantur;
dubium tamen Φυσικῶν parentem reddemus Clementis iterum Ale-
xandrini autoritate, vel potius Epigenis apud eum, qui Brontino
[maritus an pater Theanus ille fuerit, nostrum nunc non est inquire-
re] ista adscripsit. Describamus totum Clementis locum, eumque
ab interprete non satis perceptum, paucis illustremus: Ἴων δὲ ὁ χιϞ,
ait, ἐν τριαγμοῖς [τριαγμοῖς jam olim ante Menagium e Laertio
reposuit ὁ πάνυ Reinesius, quam lectionem etiam confirmat Harpo-
cration, unde ea restituenda quoque Suidæ videtur, apud quem loco
mox citando τριασμός hodie legimus,] καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα
ἀνευγκεῖν τινα ἴσῳρεῖ. Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποι-
ήσεως ΚέρκωπϞ εἶναι λέγει τῶν Πυθαγορείων, τὴν εἰς ἀδὲ κατὰ βασιν,
καὶ τὸν ἱερὸν λόγον, τὸν δὲ πέπλον καὶ τὰ Φυσικὰ Βροντίνων. Sensus,
nisi fallor hic est: relatum quidem esse ab Jone Chio, supposuisse non-
nulla Pythagoram Orpheo Poetæ, inter illa vero ἕνια sive nonnulla,
ut loquitur Laertius, ἱερὸν etiam λόγον, πέπλον & Φυσικὰ fuisse,
ut adeo illa Pythagoræ sint, si Ionis standum sit testimonio; verum e-
jus autoritati Epigenem Clemens opponit, qui non Pythagoræ, sed
Pythagoricis quibusdam autoribus ista adscripsit. Sensuros nobis-
cum circa hunc locum arbitramur eos, qui toto sermonis filo apud
Clementem accurate pensitato, conferre cum eo Diogenem Laertium
voluerint. Ne tamen ullus dubitationi locus relinquatur, Suidæ, nisi
fallor, loco efficiemus, ait ille de Orphei scriptis agens: ἔγραψε τρι-
ασμός [lege τριαγμός] λέγονται δὲ εἶναι ἼωνϞ τῶν τριαγικῶν, ἐν δὲ
τῶν τοῖς τὰ Ἱεροσολικὰ καλῶμεθα κλίσεις κοσμικαῖνας [an κοσμι-
κῆς, an κόσμος καινῆς?] νεοϛευϛικά, ἱερῆς λόγος ἐν ῥαψωδίαις καὶ λέ-
γονται δὲ εἶναι Θεογενῆτα τῶν Θεοσαλῶν, οἱ δὲ ΚέρκωπϞ τῶν πυθαγο-
ραίων. χρησμός οἱ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομακρίτον, τελετὰς ὁμοίως δὲ
Φασὶ καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου, & paucis interjectis, omnia enim ex-
scribere prolixum, εἰς ἀδὲ κατὰ βασιν, ταῦτα δὲ φασὶν εἶναι Ἡροδίκην
τῶν Περινθίων, πέπλον καὶ δίκτυον, καὶ ταῦτα Ζωπύρου, οἱ δὲ Βροντί-
νων. &c. Cæterum fateor, me nihil invenire de aliis scriptis, quæ He-
raclides

raclides Pythagoræ tribuit, indeque contra ea singula perorare non
 posse. Puto tamen, jam iis, quæ allata fuerunt, commotam nonnihil
 ejus vacillare auctoritatem, ad quam paulo magis concutiendam, ad-
 dere nonnulla alia placet, quæ apud ipsum Laertium noxia ei depre-
 hendimus. Primo ipse Laertius nonnisi tria συγγράμματα Pytha-
 goræ tribuit, quæ nominatim etiam recenset. Postea vero senarium
 eorum numerum ex Heraclide sistit, & aliqua etiam alia postmodum
 addit; cui igitur fides hic erit habenda? Ipsemet inde fatetur πολλά
 καὶ ὑπὸ Ἀσων [forte Ἀιγών legendum vel Ἀιμῶν, quem
 inter Pythagoreos Crotoniatis apud Jamblichum inveniri, jam ante
 nos Menagius observavit] τῶν Κροτωνιάτης γραφέντα ἀνατεθῆναι
 πυθαγόρα, quin & Hippasum ei nonnulla supposuisse ait. Denique
 non fuit tam propinquus Pythagoræ temporibus Heraclides, & cujus
 epitomatores egit, Sotion, ut omni exceptione majus ejus sit testi-
 monium, unove omnino impetu Plutarchi & aliorum virorum κρι-
 τικωτάτων auctoritatem deprimat atque evertat. Sed omisis istis de
 his etiam Pythagoræ scriptis nunc dispiciamus, quæ aliunde in sce-
 nam producit ALLATIUS. De Aureis Carminibus ipse sibi non satis-
 facere videtur, quamobrem nec est, cur nos cum larva illa manus
 conferamus, quin potius illa nos doceant, quo sensu reliqua Pytha-
 goræ scripta ex parte fuerint ab eo denominata. Ex Plinio vero vo-
 lumen aliquod Pythagoræ de Magicis Herbis adducit: verum nescio
 quo animo omiserit sequentia mox Plinii verba: *Nec me fallit, inqui-
 entis, hoc volumen ejus a quibusdam Cleempero Medico tribui: Pytha-
 gore pertinax fama antiquitasve vindicant.* Sit itaque, si adeo tibi
 placet pertinax fama antiquitasve Plini, Pythagoræ, num vero Phi-
 losophi Pythagoræ statim sit oportet? Nonne Medici esse potest, cu-
 jus non Homericæ tantum, sed opus etiam περὶ τῆς σκίδλης [ita enim VIII. 47.
 pro κήλης legendum esse jam olim monuit doctis. Muretus] Laer-
 tius memorat? Quem cum Philosopho alibi quoque tu confudisti,
 sub hujus nomine allegans, quod illius est, ipsum illud περὶ σκίδλης
 opus? Quo errore & alios nonnullos libros Pythagoræ Samio Phi-
 losopho olim perperam adscriptos fuisse constat; sic enim ἀλειπτικὸς
 λόγος ad eum nonnulli referebant, qui tamen alterius Pythagoræ e-
 rant, Ερατοκλέους, ut verbis Jamblichi utar, [aliter enim paulo de eo, de vit. Pythag.
 nisi me fallit memoria, Laertius] ἡ δὲ, ὅς μὲν Σαμίῳ συνεπήρε πυ-
 θάγορα.

H.N. 24, 17.

VIII. 47.

V.L. IX. c. ult.

Plin. 19, 5.

de vit. Pythag.

c. 5.

inda

B

θαγόρα.



θαγόρα, ἐαλῶς ὑπὸ τῶν μαθημάτων αὐτῶν. Et sane nemo nostrum
Samio Philosopho non tribueret τ' ἀπόρρητα τῆς Φιλοσοφίας, si ea
Pythagoræ nomine apud veterum quenquam inveniret allegata, nisi
ipse Laertius Zacynthii Pythagoræ illa esse monuisset. Nec mirum
cuiquam videri debet, si hoc ipsum quoque inter causas referamus,
quæ tot Philosophi Samii scripta nobis conflavere, quam multos enim
ille habuerit ὁμιονύμους, tum suo tum sequentibus etiam ævis, videas li-
cet tum apud Diogenem Laertium, tum apud præclarum Græcarum li-
terarum restauratorem Joannem Meursium, in doctis ad Aristoxenium
observationibus. Ultimum denique Scriptorum Pythagoricorum
ex Proclo nobis ALLATIUS obtrudit, Proclus, inquit, *laudavit o-
rationem ad Abarum ut & alii annotarunt*. Audiamus ipsum Proclum,
illius verba L. 3 in Timæum Platonis hæc sunt: καὶ πρὸς τέτοις ὅτι
τὸν ὀφθαλμὸν ἀνάλογον εἶναι τῷ πύρι δείκνυσιν ὁ Πυθαγόρας, ἐν
τῷ πρὸς Ἀβαρὸν λόγῳ. Abarum nos cum quo commercii aliquid
fuerit Pythagoræ, inter antiquos invenimus neminem, Ἀβαρὸν igi-
tur legendum esse, nullum fere nobis est dubium, quem ex Hyperbo-
reis in Græciam ventitantem ad Pythagoram etiam abiisse, cumque eo
per aliquod tempus fuisse versatum abunde constat. Actum agere-
mus, si loca veterum de Pythagoræ & Abaridis commercio post tot
Viros doctos hic cumalarem, unum tamen quin addamus nos con-
tinere non possumus, tum quod eum ab omnibus, qui de Abaride e-
gerunt, videamus prætermisum, tum quod de nomine & χρησμοῖς
Abaridis nos aliquid doceat, quod apud alium veterum neminem oc-
currere meminimus, adeoque inter ἅπαντα λεγόμενα referendum du-
cimus: est ille Scholiastis ad Aristophanis equites, ita dicentis: ὅτι δὴ
καὶ Βάριν Ἀβαρὸν φασὶ τὸν ὑπερβόρειον ἐλθόντα θεωρῶν εἰς τὴν ἑλ-
λάδα Ἀπόλλωνι θητεῦσαι, καὶ ἔτω συγγράψαι τὰς χρησμοὺς τὰς νῦν
προσαγορευμένους Βάριδας. Sed ad Allatium & Proclum redeun-
dum est, qui λόγον ad hunc Ἀβαρὸν Pythagoræ nobis, nisi obsistemus,
obtrudent. Λόγος igitur hujus Pythagoræ neminem plane Veterum
præter Proclum meminisse, plane certum est, solius autem Procli fide
atque autoritate eum tanquam genuinum Pythagoræ fœtum recipere,
quam periculofum! Addo, quod nec ex Procli verbis, tale aliquod
scriptum unquam extitisse, irrefragabile testimonium derivari queat.
Quid enim si intelligamus Proclum de proluxa illa Pythagoræ cum
Abari

p. 83.

p. 141.

p. 331.

Abari conversatione, quam duobus in locis fuisse & luculente nobis
 descripsit Jamblichus, & λόγοις ultrō citroq; in ea commutatis, de qua L. I. de vita
 ex simili Jamblichō scriptore Proclo constare potuit? Et hæc quidem Pythag. c. 19.
 de Pythagoræ scriptis ALLATIUS, quibus mirum est, eum non accen- & 32.
 sisse etiam, allegatos ab Æliano & Athenæo de Mari Erythræo Py- Hist. animal.
 thagoræ libros, ut & Historiam belli inter Cyrum & Samios, quam XVII. 8. 9.
 Cedrenus illi tribuit. sed vidit forte, nulla verisimilitudinis specie ea Deipnos. IV.
 Philosopho Pythagoræ tribui posse, quamobrem nos quoque de iis 25. XIV. 3.
 ne verbum quidem addendum existimavimus. Dissimulare interea
 nolumus, quæ de ὑπομνήμασι Pythagoræ, Damo filiaæ concreditis, VIII. 42.
 ex quadam Lysidis epistola referuntur, tum a Laertio, tum a Jambli- vit. Pythag.
 cho: non enim adeo multum obesse nobis ista existimamus, tum ideo, P. 135.
 quod Hieronymus nec a filio nec a filia prolata ulla ejus monumenta Apol. ult. adv.
 dicat, tum quod ὑπομνήματα proprio suo significatu indigesta saltem Ruffin.
 scripta, memoriæ tantum juvandæ causa, quæve edi proinde nollet
 Pythagoras, consignata, significant. Ut itaque concludamus tandem,
 satis probabile existimamus, multa quidem sub Pythagoræ nomine
 circumlata fuisse, quæ tamen a Viris doctis tanquam ab alia manu
 obtrusa, rejecta fuerunt, nihil publici juris fecisse Pythagoram opi-
 nantibus; in qua sententia præter Plutarchum non tantum fuit Jose- in l. 2. contra
 phus & Lucianus, qui non sibi propriam, sed communem & pervulga- Apion,
 tam eam esse affirmant, ὁμολογεῖσθαι, dicentes, ἔδὲν Πυθαγόρου σύγ- Lucian. de la-
 γραμμα, sed Patrum quoque doctissimi, Hieronymus & Claudia- psu in salut.
 nus Mamertus, ut alios nunc taceamus. Hieron. in ep.
 contra Rufin.
 §. III. Sed demus etiam aliqua scripsisse Pythagoram, an non de anim. II. 3.
 saltem ex recepta inter eruditos sui ævi opinione, inter Philosophos,
 qui nihil scriptis ad posteritatem transmiserunt, eum reponere licuit
 Plutarcho? & num propterea statim ALLATIUS procedet argumen-
 tum: *Pythagoras nihil scripsit, & tamen scripsisse probatum est, ergo*
& Socrates, qui inter eos, qui nihil scripserunt, annumeratur, scri-
psit aliquid, etsi dicatur nihil scripsisse? præsertim cum de Carneade
 & Arcesilao, quos inter ἔδὲν γραψάνας una cum Socrate retulit
 Plutarchus, contrarium satis infeliciter probaverit. Nam de utro-
 que horum ipse Laertius, idem cum Plutarcho testatur, licet illius au-
 toritate hunc impugnare hic quoque ALLATIUS allaboret. Quod
 enim Arcesilaus epigramma unum vel alterum, & epistolam ad Thau-
 masiam,

masiam, Carneades autem ad Ariarathem epistolam scripserit; id ipse
saltem Laertius, qui ea refert, sufficere haud existimavit, ut inter *συγ-
γρῶμας* locum propterea illis concederet. Sane enim si autorem
epistola constituit una vel altera, in rebus privatis scripta, quod qui-
dem statuere videtur ALLATIUS, paucae erunt muliercularum no-
strarum, quibus honoris ille titulus non sit vindicandus.

de Oratore lib. 3. §. IV. Ad Ciceronis, cujus si standum est testimonio, *literam
nullam Socrates reliquit*, ut & ad reliquorum Veterum loca a nostris
partibus militancia, quae respondet ALLATIUS, eo fere redeunt, ut
ostendatur Ciceronem philosophica saltem scripta Socrati negare.

P. 84. De aliis rebus, inquit, quae parum illi cura erant, sive clam inter dome-
sticos, sive palam inter amicos agerentur, quodnam censeri poterit
impedimentum, ne literis mandaret? Sed quis credat Socratem, qui
in rebus seriis calamo abstinebat, ad frivola & illa, quae parum illi cu-
ra erant, eo abusum fuisse? Si vero ad epistolam unam vel alteram
respicit ALLATIUS, quales scribere potuisse Socratem non dubita-
mus, licet de iis, quas ALLATIUS edidit, non sentiamus cum ipso,
plane ei non repugnabimus, sed illas sufficere haudquaquam dice-
mus, ad auctoris nomen Socrati asserendum, adeoque salva Veterum
testimonia, qui Socratem aliquid scripsisse negant, putabimus.

§. V. Ast non subsistere hic voluit ALLATIUS, sed alia quo-
que Socrati scripta vindicanda esse putavit. Imprimis vero urget
Pæana in Apollinem atque Dianam, & fabulas quasdam Æsopicas
carmine divino monitu a Socrate redditas, quarum Veteres fere om-
nes, qui ejus gesta paulo fufius enarraverit, meminerrunt. Sed si ve-
rum fatendum est, parum abest ut credam, profus fabulosam esse de
Pæane & Æsopico carmine historiam, reliquisve Platonis de Socrate
commentis accensendam, utpote illud unice sine ab eo confictam, ut
impietatis suspicionem quam longissime a Socrate suo removeret,
quem suo quoque commercio Dii sub ipsum fere vitæ exitum dignati
fuerint, & quos ille carminibus celebraverit. Id quod valde proba-
bile redditur, tum illo, quod Dionysodorus apud Laertium Pæana illi
abjudicaverit, quodve ipse Laertius suo calculo Dionysodoro contra-
dicere non audeat, sed *ἔτι τῶν Παιῶνα* cum *ἡρώδῃ* dicat; tum eo
etiam, quod apud Dionem Prusæensem hoc unicum argumentum
pro Socratis in Deos pietate compareat, *ἔτιμα γὰρ, inquit, καὶ τὰς*

θεῶν

Orat. XLI.

P. 507.

θεός ὡς ἔδειξεν ἄλλο, καὶ Παιᾶνα ἐποίησεν εἰς τὸν Απόλλω καὶ τὴν Plut. quom.
 Ἄρτεμιν; tum illo denique, quod non aliunde saltem, ἄμυστον plane aud. sint Poet.
 & ad poeticen ineptum Socratem fuisse, constet, sed ex ipso etiam Pla- Porphyr. apud
 tone variis in locis. Ut taceam nunc mysticum quiddā in tota illa nar- Theodoret.
 ratione de visione & Poesi Socratis mortis propinqui venari eos, qui Therap. L. I.
 Platonicae philosophiae peritiam sibi vindicant. Quicquid enim tan- p. 8.
 dem sit de Pæane & Æsopico carmine, ἔδεν συγγράψαι Socratem, Apolog. Pha-
 Plutarchus & Dio Chrysoftomus cum Laertio statuunt, qui tamen don.
 neutrum istorum ignoraverunt, unde aliquis pro dubia habuisse il-
 lam de poesi Socratis narrationem, non minori jure forte colligeret,
 quam ALLATIUS inde elicit, eos scripta Socrati negantes, de phi-
 losophicis saltem scriptis esse accipiendos.

§. VI. Verum sint ista omnia, quomodo ea ALLATIUS esse
 cupit, nodum enim in scirpo quærere nolumus, nec apud Lectores no-
 stros hactenus dictorum majorem auctoritatem esse cupimus, quam
 solet esse iis, quæ conjecturâ saltem assequimur. Sane enim facile
 cum ALLATIO transigeremus, si teneret firmiter, quod ipsi semel
 exciderat, Autorum loca, quæ Socratis scriptum aliquod fuisse negant,
 accipienda tantum esse inquiringi, de dogmatibus & Philosophiæ a-
 xiomatibus, quæ nunquam ille literis mandaverit, ulterius vero rigo-
 rose non extendenda. Id autem ferri non potest, quod audacius
 gressum in sequentibus promoveat, deturbatoque ex antiqua, lon-
 gissimique temporis præscriptione firmata, possessione Platone, So-
 cratem in ejus locum substituere audeat, quod quibus argumentis ef-
 fectum dare conetur, nunc dispiciendi erit locus.

§. VII. Facimus autem in repetendis argumentis ejus, quibus
 Socrati asserere nititur scripta, quæ Platoni esse ab omnibus hodie
 creduntur, ab iis initium, quæ ex ipso Platone desumit, ab eorum
 enim casu reliquorum plerorumque pendere ruinam deprehendi-
 mus. Inquit enim Plato in II ad Dionysium epistola: Μεγίστη δὲ
 Φυλακὴ τὸ μὴ γράφειν, ἀλλ' ἐκμανθάνειν· ἔ γάρ ἐστι τὰ γραφέν-
 τα μὴ ἐκ περὶ εἶν. Διὰ ταῦτα ἔδεν πῶποτε ἐγὼ περὶ τῶν γέ-
 γραφα, ἔδ' ἐστὶ σύγγραμμα Πλάτωνος ἔδεν, ἔδ' ἔσται. τὰ δὲ νῦν
 λεγόμενα Σωκράτους ἐστὶ καλῶ καὶ νέε γεγονότα, cui accedat statim
 alter ex epist. ejus VII ad Dionys. amicos. ἔκιν ἐμόνγε περὶ αὐ-
 τῶν ἐστὶ σύγγραμμα, ἔδὲ μήποτε γνήσια. ῥητὸν γὰρ ἔδαμῶς ἐστὶν

ὡς ἄλλα μαθήματα. ἀλλ' ἐκ πολλῆς σωστικῆς γιγνομένης περι-
τὸ πρᾶγμα αὐτὸ, καὶ ἔσυστην ἐξαίφνης ὅιον ἀπὸ πύργου πηδήσαν-
τὸ ἐξαφθὲν φῶς, ἐν τῇ ψυχῇ γρόμνον αὐτὸ ἑαυτὸ ἤδη τρέφει.
Argumento ex hisce duobus locis petito ut me expediam, dicere pos-
sem, ea ad sublimiora tantum & μουσικώτερα, adeoque a populi au-
ribus amovenda, de quibus manifeste in utroque sermo est, restrin-
genda esse; in quo genere a se ipso aliquid γεγράφθαι, hoc est, pro-
latum fuisse de suo, Plato neget, sed Socrati deberi dicat, si quæ e-
jusmodi in editis a se hactenus occurrant. Quam conjecturam
haud improbabilem reddunt ea, quæ posteriori loco immediate sub-
junguntur verba: καὶ τοι τοσὸν δέγε οἶδα ὅτι γεγράφεντα ἢ λεχ-
θέντα ὑπ' ἐμῶν, βέλτιον ἂν λεχθείη, quibus manifeste de scriptis qui-
busdam applaudere eum sibi deprehendo. Sed largiemur verbis i-
stis sibi ipsi omnia scripta sua abjudicasse Platonem, & Socrati ea tri-
buisse, sed si, quam vere, quo sensu item & quibus ex causis id factum
sit, consideraverimus, nihil inde ad ALLATIUM redire commodi in-
veniemus. Primum quod attinet, mentitum hac in re fuisse Plato-
nem ALLATIO ostendam, autoritate quæ magna esse debet i-
psi, qui genuinam esse defendit Xenophontis epistolam, ex qua il-
lam sum producturus, sic enim ille ad Platonis in epistola ad Diony-
sium locum respiciens inquit, ἤδη δέ μοι καὶ Πλάτωνος περιέπεσε
σύγγραμμα τοιῦτον, ὅπερ τένομα ἦν Σωκράτους καὶ διάλεξις τις ἔ-
φασκε πρὸς τινος. ἡμεῖς μὲντοι φασκόμεν ὅτι τοιαῦτα ἔκ ἡ-
κῆσαμεν, ἀλλ' ὅτι τοιαῦτα ἔδυνάμεθα διπομνημονεύειν, ἔδδὲ γὰρ ἐ-
σμὲν ποιηταί, ὥσπερ καὶ αὐτὸς, καὶν πάνυ ἀπαρνήσασθαι ποιητικὴν
θευπλόμην γὰρ πρὸς τὰς καλὰς φησὶν μηδὲν εἶναι ποίημα αὐτοῦ,
Σωκράτους μὲντοι νέος καὶ καλὸν ὄντων. Causa vero, qua Plato Socrati
tribuere sua inductus fuit, tum ea mihi videtur, quod majorem auto-
ritatem inde scriptorum suorum fore existimaret, tum quod tragicæ
memor præceptoris catastrophes, paratiorem se habere excusationē
ita putaret, si forte ipsi de scriptis suis causa esset dicenda. Nec pla-
ne mentitus mihi Plato hac ex parte videtur, licet falsa veris miscue-
rit, poterat enim Socrati tribuere scripta, in quibus Socratica non
tantum philosophia exponebatur, sed ejus etiam in docendo & dis-
putando methodus comparebat. Unde etiam simul patet, quid tum
ad locum ex epistola 13 Platonis, (quamvis & spuria illa sit) tum ad
Aristo-

Aristotelis, Lucilii, Horatii & Ovidii testimonia respondendum sit, qui Σωκρατικὸς λόγος, Socraticos chartos, & Socraticum opus Platonis Dialogos appellaverunt. Sane Σωκρατεῖοι λόγοι in ep. Platonis XIII dicitur Phædonis nomine inscriptus Dialogus, quem tamen Socratem habere non posse autorem oppido clarum reddere, mox tentabimus.

§. VIII. Eodem negotio etiam ad Athenæi, Aristidis, & Juliani loca nos respondisse censemus, cum enim illi expressissima Platonis ex epistola ad Dionysium verba, saltem allegent, nihil de iis ulterius dicere attinet. Id vero agendum nobis nunc esse sentimus, ut non posse Socratem autorem Platoniorum Dialogorum esse, invictis argumentis evincamus, ne scilicet pro meris conjecturis allata, a nobis hætenus habeantur. Fiet autem id, si ipsorum Dialogorum Platoniorum nonnullos, eosve maxime illustres, examinabimus, eaque ex illis producemus, quæ e Socratis officina eos prodire non potuisse arguant. Phædonem itaque Socrati autoritate epistolæ XIII Platonis vindicare nititur: ast vero quis a Socrate esse credat Dialogum, in quo tot elogia Socratis extant, ut ἀνδρῶν ἀπάντων μωρότατον eum fuisse necesse sit, si ipse eorum esset autor? A qua stultitia quis magis, quam Socrates fuit, alienus? Sed mittamus ista, hoc autem ut concoquamus, ægre a nobis impetrabitur, quod ipse Socrates quomodo animam efflaverit, quidve post ejus excessum, cum exuviis suis actum fuerit, tam accurate exponat. Jam quid de Timæo dicemus? Non id urgebimus quidem, rerum naturalium studio nunquam deditum admodum Socratem fuisse: at de Timæi natalibus luculente fatis ex Laertio, Gellio & Tzetza nobis constat, eos nimirum Philolai libris, post Socratis demum fata a Platone in Sicilia coemtis, deberi. Jam de convivio tum argumentis internis quamplurimis, tum Athenæi testimonio edocemur Πλάτωνος ἠ-εῖν, hoc est, rem a Platone fictam, ut recte exposuit doctissimus Casaubonus, illud esse. De Lyside vero ipsius Socratis apud Laertium testimonium habemus, nec difficile esset de reliquis similia proferre in medium, nisi in re manifesta nimium prolixo, verendum esset, ne forte occinat aliquis ista Tragici:

τί τὰυτα πολλῶν ῥημάτων ἔτ' ἴσι σοι
τὰ γὰρ περὶ αὐτὰ παλαιὰ λυπηρὰ ἔπη.

§. IX.

p. 90.

Laert. VIII. 83.
Gellius III. 17.
Tzetz. X. 355.
L. V. p. 217.



Arrian. Diss.
Epicet. II. I.

§. IX. Quæ in sequentibus de eruditione & eloquentia Socratis disputat ALLATIUS, nos quidem non ferunt, qui eam illi non invidemus, nec a stupiditate ejus ullum argumentum duximus, quo scripta illi monumenta abjudicaremus. Sicco igitur pede prætere-
vehere ea omnia nobis licet. Superforanea etiam esset fastidiosa in examinando Epiceteti de scriptis Socratis quamplurimis testimonio diligentia, in quo pro ἔγραφε, διέλεγε aut σιμωζήθησε vel aliquid simile potius legendum, quam, quod H. Wolfio in mentem venit, pro Socrate aliud nomen substituendum esse statuimus; produnt enim sequentia manifeste, de Socratis circuitionibus & διαλέξεσι, quibus omnis generis homines exercere solebat, non vero de scriptis ejus sermonem Epiceteto esse. Ut augeatur tamen scriptorum Socraticorum numerus, idve, quod ALLATIUS vult, dixisse Epicetetus videatur, Euripidis quoque tragœdias producit, cui συμποισαύ Socratem, Laertius Mnesilochi & Calliæ autoritate prodidit. Verum Mnesilochi testimonium, id quod ALLATIUS vult, necessario non evincit, nec Aristophanis atque Calliæ. Adducemus prioris verba, illis enim explicatis reliquis etiam respondere difficile haud erit, inquit autem

Φεύγες δὲ καινὸν δῶμα τῶν Εὐριπίδων
ὡ καὶ Σωκράτους τὰ Φεύγανα ὑποθήσι.

Sed anne Φεύγανα suppeditanti scripto alicui, totum proinde erit tribuendum? Φεύγανα certe Lucretiano operi suppeditasse dici potest Epicurus, vel si mavis præceptor Lucretii in Epicurea philosophia, num vero ille propterea autor elegantissimi carminis hujus constituendus? pari ratione Euripides, qui in schola Socratis fere consenuerat, & limpidos Philosophiæ Moralis fontes in ea hauserat, sententiarum Socraticarum pondere tragœdiis suis majestatem conciliabat. Ipse hanc mentem verborum istorum esse ex parte vidit ALLATIUS, qui tamen nihilominus ista ad causam suam non plane nihil facere existimavit. Verum in eo infelix plane est, quod Hermippi apud Laertium autoritate, epitaphium Grylli a Socrate scriptum nobis obtrudat. Cecidisse enim Gryllum, Xenophontis filium, in prælio ad Mantineam, ipse loc. cit. Laertius testatur, postquam scilicet, ut Athenienses, Pausania teste, tradebant, Epaminondam in acie interfecisset. Istud autem prælium cum anno demum secundo

P. 105.
II. 55.

Arcad. p. 244.
Bœot. p. 293.

secundo Olympiadis CIV commissum esse, ex Diodoro Siculo & *Æ*L. XV. c. 51. sqq. Vita Epam.
 milio Proborecte concludatur; Quomodo quæso *Ἐπιλάφιον λόγον* Gryllo, qui in eo cecidit, scribere Socrates potuit, cujus vitæ termi-
 num ipse ALLATIUS ultra Olympiadem XCVII produxisse non Laert. II. 44.
 deprehenditur. Aut erraverit igitur Hermippus oportet, aut Socra-
 tis pro alterius cujusdam nomine, in textum Laertii irrepisse dicen-
 dum est. *Æschinis* denique Dialogos, Socrati ab eo fuisse surre-
 ptos, & turpi plagio suo nomine editos [venditos scilicet illi a *Χαν-
 tippe*] sunt, qui tradant autores. Verum ne ipse quidem ALLA-
 TIUS multum tribuere videtur traditioni isti, quod Aristidis auto- Orat. II. Plat.
 ritatem ei obniti videat. Utque minus adhuc tribuamus nos, facit
 origo illius fabulæ, quam ex ipsis, qui ejus meminerunt autoribus fa-
 cili negotio colligimus. Nullum scilicet aliud argumentum hujus
 suspicionis iis, qui aluerunt eam, fuit, præter *τὴν δόξαν τῶν διαλό-
 γων* dignam Socrate visam, ut Phrynichus apud Photium loquitur,
 quasi vero *Æschines*, qui omnium maxime assiduus Socratis auditor,
 teste Laertio & Athenæo, fuit, diligentia sua, ut paria quodammodo
 magistro faceret, consequi non potuerit. Nihilominus tamen hinc
 primum Aristippus suspicatus est, [sed suspicatus est, tantum, ut lo-
 quitur Laertius] Socratis eos esse, cujus suspicionem secutus literis
 quoque eam mandavit Menedemus Eretriensis, quem *διαβολῆς* pro-
 pterea Laertius, cumque eo Hesychnus Illustris accusat, & Idomene- II. 60.
 us apud Athenæum. Cujus tamen rei incertitudo ex eo quoque ul- Deipnos. XIII.
 terius patet, quod non desit autor, qui ex ipsis illis septem Dialogis, extr.
τὸ Σωκρατικὸν ἢ Ἰ. Δ. ἀπομαγαγμένοις, Pasiphonti Eretrico non- Laert. II. 6L
 nullos tribuat.

§. X. Sed jam cum ALLATIO ad alterum eorum, quæ pro-
 banda sibi in hoc Dialogo sumserat, est accedendum, dispiciendum-
 ve, Socratisne sint, sive minus, quas ille primus protulit, cum nonnul-
 lis aliis Socraticorum, epistolæ? Magnum contra eas argumentum
 suppeditare videtur Veterum ad unum omnium de iis silentium. Nec
 ullum pro eis ex tota antiquitate testimonium ipse ALLATIUS
 producere audet, præterquam unci Libanii, cujus tamen locus Apol. Socr. T.
 mutilus est, proindeque ipso fatente plane incertus, & pro cujus- I. Opp. p. 682.
 que ingenio varie supplendus. An vero nec Plato, nec Plutarchus,
 nec Maximus Tyrius, nec quisquam alius epistolarum harum memi-

C

nisset,



nisset, si ulla vel levis de illis ipsorum tempore extitisset fama? An demum Diogenes Laertius eas prætermisisset, in spuris quoque Philosophorum conquirendis epistolis diligentissimus? Verum ut, quod res est, dicam, videntur mihi omnino Epistolæ illæ ex earum genere esse, quæ aliquid cum μελέταις Sophistarum habentes cognationis, exercitii gratia ab iis exaratae, discipulis eorum exemplorum loco proponebantur. Sic Theophylactum Græcās quasdam epistolas commentum esse novimus. Tales sunt omnes Phalaridis epistolæ, tales Cleobuli, Pisistrati, Solonis, & aliæ quædam apud Laertium, ut prolixè ostendere possem, si ista hoc loco agerentur. Tales quoque existimo esse, tum alias nonnullas Platoni inscriptas, tum quatuor illas, quæ in Manuscripto Barocciano celebratissimæ Bodlejanæ Bibliothecæ olim a me Oxonii inventæ fuerunt, quarum duas, cum a nemine adhuc editas esse meminerim, quid impedit, quo minus in jucundissimam modo laudatæ Academiæ memoriæ, a me hoc loco repræsententur?

I.

† ισ. Κρήνος.

Κρήνης † ὡ δέδωκα τὴν ἐπιστολήν ἔστι μὲν δῆλος καὶ σοὶ φίλος, ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ δέχῃ τῆς γνώσεως ἀφ' ἡμῶν γέγονε, καλῶς ἔχειν ὄμαι καὶ νῦν ὡσπερ ἑτέραν δέχῃν ποιεῖμενον τῆς συστάσεως, παρακαλέσαι πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῆς. τυγχάνει γὰρ βεβλόμενος στρατεύεσθαι, πράττων τὰ τῶν κατ' ἀξίαν αὐτῆς. σχεδὸν δὲ βραχὺς ὁ μετὰ ταῦτα λόγος. ἔτε γὰρ ἡμᾶς ἀγνοεῖς ὡς ἔχομεν πρὸς Παράμονον καὶ Κρήνην. * ἔτε ** τὸν νεανίσκον ὅτι σώφρων καὶ μέτριος, καὶ εἰς πᾶσαν ὀμιλίαν ὡς εἰπεῖν καὶ χρεῖαν ἀσφαλῆς. Δεῖν γὰρ φασὶ τεκμαιρεσθαι τὰ μέλλοντα τοῖς γεγενοῖσι, καὶ μάλιστα τῇ ἰδίᾳ

* ισ. Κρήνον.

** ισ. πρὸς τε

Crenum, cui literas dedi, tibi quidem etiam charum esse manifestum est; quoniam tamen ego familiaritati illi dedi initium, æquum esse existimavi, ut aliud quasi commendationi auspiciū faciens, te ut curam illius haberes hortarer. Militiam enim sequi cupit, faciens hoc ipso aliquid se non indignum. Post hæc vero pauca admodum verba nobis facienda restant. Non enim ignoras, qua mente in Paramonium & Crenum sumus. Et in juvenem quidem, quod modestus sit & temperans, & ad omnem omnino conversationem & usum idoneus. Dicunt autem de futuris

ιδία φύσιν καὶ προαιρέσιν. Τῶ-
τον δὲ πάντες ὁμολογοῦμεν ὡς
ἐπαινεῖσιν. ὡς ἔστι * καὶ τοιῶ-
ν καὶ ἡμετέρων καὶ σὺ φίλος, πει-
ρῶ τὴν ἐνδεχομένην περὶ αὐ-
τῶ ποιῆσαι σωδὴν, ἄξιοι γὰρ
οἱ τοιοῦτοι χάριτες.

quod poteris studium in eo (quæso) experiaris, digni enim tales
sunt favore.

Πολλὰ κίς ἀναγγέλλοντες Ἀ-
θηνοδῶρον τὴν ὑμετέραν προαι-
ρέσιν, ἐδοκίμαζον γράψας πρὸς
ὑμᾶς ἀσπασαῖν τε καὶ προσα-
γορεῦσαι. Καὶ διὰ τὴν πρὸς ἐ-
μὲ σιωπήθειαν ἧς φαίνεται μνη-
μονεύειν, καὶ διότι περὶ Διονύ-
σιον ὅμοιοι διαμύετε ταῖς εὐ-
νοίαις. Ἦθες γὰρ κείσιν ἀκρη-
βετέραν εὐδελίαν ἢ γῆμα τῆς ἐν
Φιλίᾳ βεβαιότητος, ἧς ὑμᾶς
αἰδοῦμαι καὶ παρὰ τὴν ἡλικί-
αν ὀπμελεμεύεις. Ὡς ἔν καὶ
διὰ ταῦτα καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἐ-
πιείκειαν ὑμῶν, ἢν πυνθάνο-
μαι πολὺ μᾶλλον νῦν ἢ πρόην
ἀπερχομένους σὺ, † πειράσθαι καὶ
τὸν ὑπόλοιπον χρόνον εἶναι τοι-
ῶν, νομίζοντες ἐλευθερωτά-
την ὀπκαρπίαν εἶναι τῆς τοιαύ-
της διαθέσεως, τὴν παρὰ τῶν
εὐζώντων εὐφημίαν.

nam apud eos, qui rectum vitæ institutum sequuntur, famam.

Præter duas istas Platonis epistolas duæ aliæ in eodem Codice ex-
tabant, quas ab ALLATIO in sua Socraticarum epistolarum colle-

turis ex præteritis esse conjicien-
dum, maxime vero ex indole
cuique propria & animi habitu.

De hoc vero, quod omnes laudi-
bus eum prosequantur testamur.

Cum itaque talis sit, noster præ-
terea, & tuus etiam amicus, omne

quod poteris studium in eo (quæso) experiaris, digni enim tales

II.

Cum sæpe mihi narret Athe-
nodorus de animi vestri habitu,
visum fuit literis vos compellare
atq; salutē vobis dicere: tum pro-
pter consuetudinem, quam mecū
habuistis, & cuius adhuc quoque
memores esse videmini, tum quod
eandem semper in Dionysium ser-
vetis benevolentiam. Vix enim
accuratius mores cuiusquam di-
judicari posse existimo, quam ex
amicitiæ constantia, in cuius
cura ætatem etiam vos supera-
re sentio. Ita quidem, ut tum
istis, tum reliqua vestra animi
moderatione, de qua audio, moti,
nunc magis etiam, quam antea,
cum a vobis discederem, eo eni-
tamini, ut in posterum quoq; ta-
les vos præbeatis. Optimum (sci-
licet) hujus (animi vestri) dispo-
sitionis fructum existimantes, bo-

Etione jam exhibitas fuisse deprehendimus, cum tamen ab hoc Antistheni non Platoni tribuantur, ambave præterea in unam contrahantur, quin etiam lectionem aliam vice plus una ALLATIUS sequatur, eas nihilominus, breves quippe admodum, ita ut nos invenimus, exhibere placuit.

III.

* Allat. φιλο-
σόφου.
** ἀνδράσιν in-
ferit A.
*** καὶ τῶν ἀν-
τάρκων ἐπί-
σται. A.

Οὐκ ἔστι τὸ φιλοσοφεῖν *
τὸ παρὰ τυράννοις ** εἶναι καὶ
Σικελικαῖς προσανέχειν τρεπέ-
ζαις. ἀλλὰ μᾶλλον τὸ ἐν ἰδίᾳ,
καὶ τὸ αὐταρκές τε ***. Σὺ
δ' οἶη ταύτην εἶναι πλεονεξίαν
τῆ σπαρδαίς τὸ δυνάσθαι κτᾶ-
σθαι χρήματα μὲν πολλὰ,
τῆς δὲ δυνατωτάτης ἔχειν φί-
λους. ἔτε γὰρ τὰ χρήματα
ἀναγκαῖα ἴσιν. ἔτ' εἰ ἀναγ-
καῖα ἦν, ἔτως πορίζεσθαι κα-
λόν. † ἔτε φίλοι ἀν γένοιτο οἱ
πολλοὶ, ἀμαθείς ὄντες καὶ ταῦ-
τα τύραννοι. ὥστε σοὶ συμβέλλε-
σθαι μὲν †† ἀπιέναι Συρακυσῶν
τε καὶ Σικελίας, εἰδὼς ὡς ††† Φα-
σίιν τινες ἠδονὴν σε θαυμάζειν, καὶ
ὅτι λέγεις ταύτης ἀντέχεσθαι τῆς Φρονίμης ἀνθρώπων.

† ἔτω πορίζο-
μενα καλά. A.

†† συμβελλέ-
σοισσι ἀν.

††† Ultima hæc
verba ita exhi-

bet Allatius:

εἰ δ' ὡς Φασίτινες ἠδονὴν θαυμάζεις, καὶ τῆ τῶν ἀντέχη ἀν μὴ προσήκει τῆς Φρονίμης ἀνθρώπων. Quæ si
vera est lectio, omnino hæc cum sequenti epistola erit conjungenda. Sed non æque necessarium,
illud est, si nostra vera est lectio. Quæ autem alteri sit præferenda, Lectorum esto iudicium.

IV.

* πολὺ κρείσ-
σαν. A.
** πολλὴν. A.
† ἀποπύουει. A.

Ἀπιθι εἰς Αντίκυραν καὶ ὠ-
φελήσῃ σε ὁ ἐλκ. Βορθ. ποθείς
πολύς. κρείπτων * γὰρ ἔτος ἴσιν
παρὰ Διονυσίᾳ οἶνι. ἐκείνος μὲν
γὰρ ποιεῖ μανίαν πολλοῖς, ** ἔτος
δὲ παύει. † Ὀπρόσθη δὲ ὑγεία τε

Non est hoc philosophiæ ope-
ram navare, si apud tyrannum vi-
vas & Siculis mensis assideas. Sed
potius si tibi vivas & contentus
sis. Tu vero eam Viri boni excel-
lentiam esse existimas, si ingentes
opes possideat, & amicis utatur
potentibus. Neque vero opes ne-
cessariæ sunt, neque si sint eas ita
acquirere deceet. Neque etiam in
amicorum censum veniat multi-
tudo illiteratorum, quive tyran-
ni sint insuper. Quamobrem ego
tibi autor sim, ut Syracusas & Si-
ciliam relinquant, utpote qui sciam
jam esse aliquos, qui voluptate
te capi dicant, quodve admittant
eam viri sapientes, statuere.

Anticyram abeas, ibi enim plu-
rimum haustus elleborus te sana-
bit. Præstat enim hic vino Diony-
fir. Hoc enim multos ad insaniam
adigit, ille vero eam sistit. Quan-
tum igitur bona valetudo & sana
mens

mens

τε καὶ φρόνησις νόστος καὶ ἀφροσύ-
 νης διαφέρει, Ἐπιτοσῆτον καὶ σὺ
 διηνέγκαις ἀνὸς πρὸς τὰ νῦν σοὶ
 ὄντα. εὐ ἰοθι. ††

mens a morbo & insania distat,
 tantum etiam tu a praesenti tua
 distabis conditione. Recte sa-
 pias.

†† ἔρεσσον

§. IX. Verum ad Examen Epistolarum Socratis nunc redeun-
 dum. Eas suspectas omnino nobis reddit ipse stylus, qui ita Sophisti-
 co est similis, ut vix persuaderi nobis patiamur, Socratem, qui adeo
 putidae Sophistarum elegantiae semper obnitebatur, earum fuisse au-
 torem. Describamus, si placet, Merici Casauboni verbis Sophisticum
 illud dicendi genus, exemplo uno vel altero regnare id in suppo-
 sitis Socrati epistolis ostendamus: *Erat, inquit ille, Sophisticus stylus*
prae nimia elegantiae affectatione ut plurimum putidior. Praeter stru-
cturam orationis affectatam, vocibus etiam non vulgatis & desitis, sed
Platonicis tamen maxime utebantur. Jam ipse vidit AELATIUS a
 talibus, septem quas Socrati tribuit epistolas, non esse immunes, i-
 deoque ipse sibi ex multis objicit prosopopoeiam illam patris defun-
 cti, filios relictos haereditati inhiantes alloquentis. Verum, ne indi-
 gnam rhetoricationem istam Socratis gravitate fateri cogatur, simile
 quid in septima Platonis epistola invenire se putat, ubi Dionis nomi-
 ne proponuntur nonnulla. At diversa plane utriusque loci mihi vi-
 detur ratio, sane Dionis nomine nihil aliud profert Plato, quam ar-
 gumenta & exprobrationes, quae merito sibi ab eo fieri potuissent,
 nisi voluntati ejus satisfactum, & in Siciliam iter fuisset susceptum,
 quae quidem sine omni affectatione simplicissime proponit. Non
 vivum autem aliquem, cui cum viventibus esset aliquid commercii,
 sed patrem mortuum Socraticae illius epistolae autor inducit, cum fi-
 liis suis agentem, oratione, non argumentis, sed dictione fucata &
 καινόσπερον illud τῆς λέξεως a Longino notatum undiquaque spi-
 rante, gravis. Sic enim eum loquentem inducit: ἔδὲ τελευτῶν-
 τῶ ἀφέξεσθαι μὲς διανοεῖσθε, ἀλλὰ καὶ τεθνεῶτα τροφὰς οἱ ζῶν-
 τες αἰτήσεται; καὶ ἐκ αἰχυνεῖσθε θανάτου ζῶν ἀπρακτοτέρων βιῶν-
 τες; ἀλλὰ τὰ μὲν ἐμὰ περιττεύειν καὶ μετὰ θάνατον ἀξίστε ἐτέ-
 ροις, τὰ δ' ὑμέτερα ὑμῖν ἔδ' εἰς τὸ ζῆν ἐξαρκέσθ; Quis haec in e-
 pistola Philosophi imprimis ferret, & ad Sophistae declamatoris non
 potius rejiceret cathedram? Jam nescio, an ad voces non vulgatas
 referendum non sit istud παλιμπράτης τῆς σοφίας, quod in epistola

de Lingu. Sa-

xon. p. 210.



statim prima dicitur. Quam frigida porro sunt, quæ in eadem epistola de debito Diis obsequio & Damone suo Socrates proferre fingitur! Sed de stylo optime judicabunt ii, quibus accuratius epistolas istas pervolvere otium fuerit, utpote cujus forma & habitus clarius legentium animis se sistit, quam a nobis representabitur. Ast historica etiam fides epistolarum istarum non satis tuta semper esse videtur, unicum juvat adducere hujus rei exemplum. Dicit in prima statim epistola Pseudo-Socrates ἔτε ἐν στρατηγίαις ἔτε ἰπὶ τῆ βήματι ἐξεδάζομαι. Jam largiamur posterius, an vero militaribus etiam officiis nunquam vacasse Socratem dicemus? Equidem ita statuere novi Athenæum, qui & Platonis, & Antisthenis, & Xenophontis de militia Socratis testimonia mendacii arguere, multis argumentis nititur. Verum non argumentis tantum ejus abunde satisfacit Vir magnus Isaacus Casaubonus, sed Laertii quoque insuper, Plutarchi & Senecæ autoritatibus illorum narrationem confirmavit, quæ quidem prolixius exscribere nobis animus non est, qui compilationis labori impares contenti sumus, allegatis a Casaubono testimoniis Strabonis, Luciani & Simplicii quoque addidisse autoritates. Cæterum plura forte hujusmodi in epistolis illis piscari liceret, quæ fidem illarum dubiam reddant. Sed ohe jam satis est, nobisve post ludicrum hoc certamen ad magis seria

redeundum!

TANTUM!



L.V. p. 215.

ad Athen. l. c.

l. 9.
Parasit. ad c. 31.
Epiet.

ΥΠΕΡΜΕΤΡΑ.

I.
Et elegantior, & naturæ forte non minus conveniens est, disputandi per quæstiones ratio, quam Socrates & alii quidam ex veteribus secuti fuerunt; quam ea, quæ hodie in scholis obtinet per Syllogismos ut vocant formales.

II.

Quæ propria & essentialis sit substantiæ notio nemo facile expediet.

III.

Veritates connatæ, sive notitia insita nobis cognitæ, proprie & ἀκρῶς loquendo nullæ dantur.

IV.

Perperam faciunt, qui cum Democrito Epicurum corpuscularis philosophiæ statuunt inventores, cujus dudum antea ab omnibus fere, rectum philosophandi trami-tem secutis, excultæ, corruptores illi potius fuerunt.

V.

Infirmum admodum multisque dubiis obnoxium videtur argumentum, quod pro diluvii universalitate a conchis & aliis hujusmodi, in locis mediterraneis vel sum- mis montium fastigiis repertis, petere nonnulli solent.

VI.

Laudandus omnino Heracliti candor, & modernis Philosophis quibusdam commendandus, qui non dissimulavit, quid de anima statuat se non habere; dicit enim de eo Laertius: λέγεται δὲ καὶ ψυχῆς πέρατα (vel si mavis λέγεται δὲ ἢ εἰπεῖν ψυχῆς πέρατα) ὡς ἔκ' αὖ ἐξεῦρε πᾶσαν ὀπιπο-
ρευό-

QH
77
25

ρευόμεν & ὁδόν. Ita nimirum mendosum Laertii locum, apud quem hodie legitur: λέγεται δὲ καὶ ψυχῆς περατέον &c. restituumus ex Tertulliano, qui Lib. de anima c. 2. Heracliti sententiam hoc modo effert: *Terminos animæ se non invenisse quacunque via ingrediendo ait.* Ut adeo frustra hic sint, & magnus Casaubonus, & doctissimus Lipsius, quorum conjecturis meliorem nec invenire potuit Vir elegantissimi ingenii Ægidius Menagius.

VII.

Percussores publico hosti immittere, naturæ legibus contrarium non est. An vero Grotii limitatio sit observanda, eos sollicitari ad tale facinus nolentis, qui fide aliqua percutiendo obstricti sunt, de eo dubitat quidem Illustris Pufendorffius, magis tamen tuta Grotii sententia videtur.

SOLI DEO GLORIA!



Handwritten scribbles and marks at the bottom of the page, including a large 'W' and other illegible characters.



ἠδίστον.
ea, quæ a
ptorum e
que penu,
enim laud
risiorum
cratis Dia
re omniu
istam pra
quod me
nem in te
scripto ill
ætatis hor
ipsi falsas
lis hac rat
quidem A
periri, ita
& debita
transgress

A

p. 73.

exhaustis
sibi evince
sua Scriptu
tiam has, q
distincte e
qua potest
S. I
que munir
menta eni
Socratis sc
tium facit
manifeste

p. 329.



ptatem, dum &
de Socrate, scri
& ex nostro quo
nimus est. Cum
XVII Lutetiae Pa
um de scriptis So
ontra veterum fe
buere ausus fuit,
onstitui. Non
a conspicuo tiro
quod ita fere se
admodum adultæ
sententias quas
i eorum & indo
que mihi, ne ipso
jus figmentis ex
genuo modestia,
, nunquam sum

vicem depugna
res seria agatur,
dem autem pedi
ateat scilicet, cui
vero sunt, quæ
crates aliquid de
alia, scripserit e.
De utroque
mentis ejus in sit,
inferre, nostra
deatur. Argu
nus nostram de
conatur. Ini
rtuna Alexandri
s, ἠδὲ Πυθαγό
eas

